



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

19. Duellorum vsus tollendus est, & pugnantes ac permittentes puniendi
sunt, vt ibi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Catholici verbis, & factis semper ostenderunt quantum Episcopis tribuendum esset, in omnibus se illis inferiores profitentes. Et primum Constantinus ille magnus ingressus locum in quo Episcopi conuenerant ad Concilium Nixenum celebrandum in medio cōuentus erectus constituit, ac cum parua quaedam sella ex auro fabricata illi esset loco posita, non prius confedit, quam Epi-

scopi ad id annuissent, vt est apud Euseb. *lib. 1. de vita eiusdem Constantini c. 10.* Nec solum Episcopos vt Patres, immò verò vt Dei Prophetas omnino honorifice venerabantur, vt idem Euseb. *in eadem historia, memoriae prodidit lib. 3. cap. 22.* Item Valentinus Imp. virtutibus, & rebus gestis vbique clarus ipsos Episcopos in summa veneratione habuisse legitur *lib. 7. tripartita historie cap. 8.*

Sacri Canones exactè obseruandi sunt, nec nisi vrgenti causa dispensandum est.

C A P V T XVIII.

- 1 Dispensatio est legis relaxatio.
- 2 Causa rationalis debet ad dispensandum concurrere cum legitima auctoritate.
- 3 Causa legitima, & illius cognitio requiritur in di-

spensatione, quæ ab inferiore dimanat.

- 4 Dispensatio quæcumque inferioris in lege superioris absque causa legitima facta est irrita.

Sicuti publicè expedit, legis vinculum quandoque relaxare, vt plenius euenientibus casibus, & necessitatibus, pro communi vtilitate satisfiat: sic frequentius legem soluere, exemploque potius, quam certo personarum, rerumque defectu, petentibus indulgere, nil aliud est, quam vnicuique ad leges transgrediendas aditum aperire. ^a Quapropter sciant vniuersi, sacratissimos canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit, indistinctè obseruandos, ^a Quod si vrgens iustaque ratio, & maior quandoque vtilitas postulauerint, cum aliquibus dispensandum esse: ^b id est causa cognita, ac summa maturitate, atque gratis, à quibuscumque ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum: aliterque facta dispensatio surreptitiâ censetur.

Cap. Si Romanorū, 19. dist. c. si quis omnem 1. q. 7. c. 1. de constitutione. Cap. 1. de voto.

1. Collige ex text. dispensationem esse legis relaxationem cum causæ cognitione ab eo, qui potestatem habet dispensandi, vt probatur ex illis verbis ibi, *legem soluere, &c.* & ibi, *id causa cognita, &c.* ita glossen in cap. requiritis §. nisi rigor. 1. quæst. 7. Nauarr. in cap. quem panites n. 7. de poenitent. dist. 1. & in man. prel. 9. num. 13. Couar. de sponsalib. p. 2. c. 6. §. 9. num. 1. Rebuff. in praxi benef. tit. de dispensat. num. 1. Alphons. Alvarez Guerrero in speculo iuris Pontific. 17. de dispensat. Episcopis, in princ. Iacob. de Graff. in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 31. num. 1. Fr. Emman. quæst. regul. tom. 2. quæst. 46. art. 1. Monet. de distrib. quoad p. 2. q. 14. nu. 2. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccles. decis. 26. in 1. edit. alias resol. 227. num. 2. in 2. edit. Sanchez de matrim. lib. 8. disputatione 1. num. 2. Sayr. in clauis Regia lib. 6. cap. 11. à princip. Card. Tusch. lit. D. conclus. 457. Soar. de legib. lib. 6. cap. 10. num. 7. Cardos. in praxi iudicum, verb. dispensatio, num. 1. Fr. Ludou. Miranda in man. Prelator. tom. 2. quæst. 30. art. 1. Portel. in dubijs regular. verb. dispensare. Hieronym. Roderic. in compend. Regular. resol. 51. num. 1. Vgolin. de officio Episcopi cap. 7. num. 1. Ego ipse in simili tract. part. 2. allegat. 33. num. 3.
2. ^a Quod si vrgens, iustaque ratio, &c. Ergo ad dispensandum debet cum legitima auctoritate concurrere rationalis causa iuxta viri boni arbitrium, vt per Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 13. cap. 19. num. 194. cum seqq. Fr. Ioan. à Cruce de statu Religion. lib. 2. cap. 1. dub. 1.
3. ^b Causa cognita. Legitimam causam, & illius cognitionem requiri in dispensatione quæ ab inferiore dimanat, tenent Gutier. Canon. lib. 1. cap. 19. num. 5. Menoch. conf. 16. num. 15. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 8. num. 3. & lib. 8. disput.

17. num. 10. Fernandez in examine Theologia moralis part. 1. cap. 6. §. 10. num. 1. Ego ipse d. allegat. 33. num. 4. quia per illam vulneratur ius publicum, vt ex Puteo tradit Aloys. Ricc. in praxi auren. resol. 410. num. 3. nam si fiat sine causa, dicitur potius dissipatio, quam dispensatio, sicut ex S. Bernardo colligunt Curt. sen. conf. 19. inc. ip. Aggredior, nu. 6. & Socin. iun. conf. 120. num. 28. vol. 2. & cessante causa cessat dispensatio, gloss. verb. cessante, in cap. post translationem, de renunciat. & alij citati ab Aloys. Ricc. d. resol. 410. num. 8.

Vnde dispensatio quæcumque inferioris in lege superioris absque causa legitima facta est irrita, vt resoluunt Couar. de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 9. num. 1. Gutier. d. c. 9. num. 5. Nauarr. d. pral. 9. num. 15. Sanchez d. lib. 8. disput. 17. num. 4. Ludouic. Miranda d. quæst. 30. art. 4. concl. 4. Ego ipse d. allegat. 34. num. 1. Non sic dicendum de dispensatione Episcopi, vel alterius inferioris in proprijs constitutionibus facta, vt per Botte. in tract. de Synodo Episcopi part. 2. art. 4. num. 8. Gambar. de auctor. Legati, lib. 10. num. 442. & seqq. Nauarr. in man. cap. 25. num. 74. in fine, Sayr. de censur. lib. 6. cap. 11. num. 11. quos refert & sequitur Sanchez d. lib. 8. disput. 17. num. 27. Soar. de legib. lib. 6. cap. 15. num. 8. Salas eod. tract. disput. 20. sect. 4. num. 43. Basil. Pontius in tract. de matrim. lib. 8. cap. 5. num. 3. metipsum d. allegat. 34. num. 2. cum seqq. vbi multipliciter declaro, & à num. 8. quæro an dispensatio Archiepiscopi in decretis Synodi Provincialis facta sine causa legitima valeat, de quo etiam Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiepiscopi Neapolit. part. 4. decis. 122.

Duellorum vsus tollendus est, & pugnantes ac permittentes puniendi sunt, vt ibi.

C A P V T XIX.

- 1 Doctores de duello agentes.
- 2 Pius V. statuit circa duella.
- 3 Gregorius XIII. circa idem.
- 4 Clemens VIII. circa idem.

- 5 Ludouicus XIII. Francorum Rex circa idem.
- 6 Duellum commissum in loco priuato, & non tuto, siue patris, &c. an dicatur comprehensum sub hoc decreto.

7 Consti.

- 7 *Conflictus particulares an liciti sint.*
- 8 *Duellum obiter aspicientes an comprehendantur sub hoc decreto.*
- 9 *Duellantium pœnas an incurrant qui sese obuiam habentes diffidunt se in tali loco, & ibi statim pugnant.*
- 10 *Duelli pœnas an incurrat, qui dicit alteri, Veni ad talem locum, te ibi expecto.*
- 11 *Duellum an committat, qui ad evitandam loci irreuerentiam inimico, quem videt in Ecclesia, dicit, Exi foras.*
- 12 *Duello non sequuto discedens an incidat in excommunicationem, & alias pœnas contra duellantes comminatas.*
- 13 *Duellum an committatur si illud offerenti alius statim pugnando aggrediatur.*
- 14 *Duelli pœnas an quis effugiat calore iracundie.*
- 15 *Duellum an sit per se illicitum.*
- 16 *Duellum licitum in hoc casu.*
- 17 *Duellum licitum etiam in hoc casu.*
- 18 *Duellum non dicitur inter infideles punibile pœna huius decreti.*
- 19 *Ipsa iure.*
- 20 *Sepultura priuantur morientes in duello.*

Destabilis ^a duellorum vsus, fabricante Diabolo, introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur: Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine, domini temporales, qui locum ad ^b monomachiam in terris suis ^c inter Christianos concesserint: eo ipso sint excommunicati: ac iurisdictione, & dominio ciuitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, priuati intelligantur: & si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. Qui verò pugnam commiserint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam ^d incurrant: & vt homicidiæ, ^e iuxta sacros canones puniri debeant, & si in ipso conflictu decesserint, perpetuò ^f careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in iure, quàm facto dederint: aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint, necnon spectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: non obstante quocumque priuilegio, seu praua consuetudine, etiam immemorabili.

^a Cap. 1. de torneament.

^b De ea. & Nicolans I. decretorum suorum, tit. 11.

^c Cap. 2. de cleric. pugn. in duell. de torneament. per totum, & toto tit. de homicid.

Vide Ioan. de Lignano, Iacob. de Castello, aliàs de Villa sancta, Iulium Ferret. & Antonium Massam Galef. in suis particularibus tractatibus de duello tom. 12. tractatum Doctorum à fol. 295. item Henric. Bocer. Lucam Floron. & Anton. Peregrinum in similibus tract. Ordin. Reg. Lusit. lib. 5. tit. 43. Caiet. Armil. Syluest. & alios Summistas verb. nullum, Lanceel. Conrad. in templo omnium iudic. lib. 1. c. 1. §. 3. vers. 13. Bernard. & Salzed. in pract. cap. 100. aliàs 130. in nouiss. edit. Alciat. in lib. de singulari certamine, & in consil. de materia duelli, in fine dicti lib. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 18. Nauar. cons. 1. & 2. de purgat. vulgari. Perez per text. ibi in l. 3. gloss. 1. per totam, tit. 13. lib. 8. Ordin. Mench. illustr. cap. 49. num. 11. cum sequent. Petr. à Nauar. de restitut. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 280. cum seqq. Mich. Salon. 2. 2. quest. 64. art. 3. controu. 3. Viuald. in caudel. aureo tit. de suspens. num. 68. cum seqq. Burg. de Pace in l. 1. Tauri ex num. 413. usque ad nu. 421. Ioseph. Ludou. Lucensi decis. 11. Stephan. Quarant. in summ. Bullarj. verb. duellum, viii. to. 2. commun. opin. in fine tract. de feudis tit. 2. num. 85. Henriquez in sum. lib. 13. cap. 39. §. 3. Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 4. cap. 23. num. 23. Banes 2. 2. quest. 64. art. 7. dub. 3. Fr. Emman. quest. regular. 10. 3. quest. 61. art. 1. vers. decimo. Soar. tom. 5. de censur. disp. ut. 3. sect. 4. Zerol. in praxi Episcop. verb. duellum, Galet. in margarita casuum conscient. eod. verb. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 14. num. 41. Petr. Cabal. in tract. de omni genere homicidij, num. 76. cum seqq. & cons. 9. lib. 1. Sayr. in claus. Regia lib. 7. cap. 13. à num. 11. & de censur. lib. 3. cap. 41. à num. 29. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. quest. 13. cum seqq. Azor. institut. moral. part. 3. lib. 2. cap. 5. Martin. Delri. disput. magic. lib. 4. cap. 4. sect. 2. Molin. de iustit. tom. 4. tract. 3. disput. 17. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 21. cap. 7. num. 75. cum seqq. Vgolm. de officio Episcopi cap. 8. §. 2. Sanch. in praxia Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 39. num. 19. cum multis seqq. Molfes. in summ. Theolog. moralis tract. 7. cap. 18. num. 17. cum seqq. Filiuc. tom. 1. tract. 15. num. 103. cum seqq. & tom. 2. tract. 9. cap. 8. Bonacin. de censuris disp. 2. quest. 6. puncto 2. & nouissimè de censuris extra Bullâ disput. 2. 9. 3. puncto 48. Castr. Palao in opere morali tract. 6. de charit. disp. 5. punct. 7. Trullench. in Decalog. lib. 5. cap. 2. dub. 13. Pius V. in sua constitut. incip. Ea qua à Predecessoribus, sub dat. Idibus Nouembris 1560. innouat, & approbat de mera deliberatione, & ex certa scientia singulas Iulij II. Leonis X. & Clementis VII. constitutiones, & litteras contra duellantes, & singulos, quos litteræ ipse concernunt, & concernent sub excommunicationis, anathe-

matism, maledictionis, perpetuæ infamiæ, difficationis, criminis lese maiestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis, & priuationis statuum, & dominiorum, ac feudorum, & vicariatum, ac aliorum suorum, ac depositionis illorum, necnon inhabilitatis ad illa, & alia impofterum obtinenda, ac interdicti, & alijs censuris, & pœnis ecclesiasticis, & temporalibus, alijsque in eiusmodi litteris contentis, quas contrauenientes eo ipso incurrant, & intestabiles fiant, & ultra pœnas prædictas carceribus mancipari, & detineri, & pœnis prædictis irremissibiliter puniri debeant, perpetuò obseruari, & per executores in dictis litteris deputatos aduersus eosdem contra facientes ad totalem executionem dictarum pœnarum procedi debere decernit, illasque tam ad pugiles taliter pugnantes, quàm eos ad id tentantes, & prouocantes, aut locum, seu campum ad pugnandum dantes, seu concedentes, ac in illis astantes, & interefentes, ac certantes comitantes, & comitium præstantes, necnon consulentes, ac adherentes, & fautores, necnon charitas certaminis, seu duelli subscribentes, vel affigentes, aut publicantes extendit cum priuatione beneficiorum, si ecclesiastici sint, obtentorum, & inhabilitate ad alia in posterum obtinenda, &c.

Gregorius XIII. in sua constit. incip. Ad tollendum, sub dat. 24. Decembris 1582. ampliat decretum Concilij in præfenti ad omnes illos, qui ex conditio statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserint, etiam si nulli patrini, socijve ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæve prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis clausulæ præcesserint, censuris, & pœnis omnibus in hoc decreto propositis teneri perinde ac si publico, & consueto abusu singulare certamen iniuisset; volens etiam locorum dominos, si certamen ex conditio huusmodi permiserint, aut quantum in se fuerit, nõ prohibuerint, omnesque illud fieri mandantes, instigantes, auxilium, consilium, vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia subsidia scienter subministrantes, aut ex composito spectatores, vel socios quouis modo se se præbentes eisdem censuris, & pœnis subiaccere, etiam si illi, qui ad locum destinatum pugnaturi accesserunt, impediti pugnam non commiserint si per ipsos non steterit, quominus illa committatur. Non obstantibus, &c.

Clemens VIII. in sua constit. incip. Illius vices, sub dat. 2. Septembris 1592. confirmat, declarat, & extendit supra dictas

- dictas constitutiones Apostol. & decretum Concilij in presenti, ac insuper decernit & declarat easdem constitutiones, ac decretum huiusmodi locum habere vbiq; gentium, & terrarum, inter quascunq; personas etiam armatas, & in castris seu propugnaculis militantes, etiam vbi Catholicę fidei ostium furor impune grassatur, vel sit dominijs per eos occupatis, seu detentis. Idem quoque iuris censendum esse decreuit si publico, & forsitan iusto bello indicto miles aliquis contra alterum in aduersariorum exercitu militante, siue alijs in hostium castris, presidijs, aut terris degentem priuatas similitates atque inimicitias publicę causę intermiscendum etiam ad eum permisso ex conductu ad singulare iracundię; idem descendat, aut illum prouocet, necnon iisdem pœnis, decreto, & constitutionibus teneri eos, inter quos pactiones initę sint de dimittendo certamine cum primũ alteruter vulneratus fuerit, seu sanguinem effuderit, aut certus ictuum numerus vtrinq; illatus fuerit, vel si conuernerint vt non singuli cum singulis, sed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent, & non solum locorum dominos, sed etiam Magistratus, Præsides, locumtenentes, aut etiam militum duces, & capitaneos in castris, vel extra ea, in alieno, vel hostili solo, vel cum militibus exercitus aduersariorum monomachiam in quocunq; casu per presentem, vel alias constitutiones huiusmodi prohibitis permittentes, vel quantum in ipsis est, non prohibentes, aut post admissum crimen veniam & impunitatem concedentes. Præterea pari ratione prohibet omnia, & singula eius generis scripta, manifesta, seu fides vulgo appellata, quę etiam sine expressa prouocatione ad certamen quasi præparatoria quadam ad chartulas, seu libellos prouocatorios, & ad duella, illorumque veluti radices, aut semina vltimum lacessendi aliquem ad pugnam, & suscitandę similitatis, atque inimicitie materiam, & occasionem præbent, &c. Trullench in *Decalog. lib. 5. cap. 2. dub. 13. num. 12.*
5. Nouissimę pius & iustus Ludouicus XIII. Francorum Rex aboluit, & castatis quibuscunq; prædecessorum constitutionibus, & irritatis omnibus consuetudinibus bellandi singulari certamine, addidit præterea pœnam contumacibus, & inobedientibus confiscationis bonorum, dignitatis, nobilitatis quoad gens sibi subdita, facilis ad pugnam eximeretur hac turpi, & inhumana laniena.
6. Sed primò quæritur vtrum Concil. in presenti procedat quando duellum fuerit commissum in loco priuato, & non tuto, sine patris, socijsve ad id vocatis, ac sine prouocatoris litteris, & chartellis, ac etiam pugna non perfecta? Negant ex eo, quia hoc non est proprię duellum. Pereg. *de duello quest. 15. num. 3. Et seqq. Et quest. 20. num. 3. Bonacin. de censur. extra Bullam in Cena Domini disp. 2. quest. 3. puncto 48. num. 15. vbi post Luc. Floron. cap. 3. §. 1. vers. tertium est, obseruat dictam constitut. Clementis VIII. intelligendam esse iuxta communem loquendi vsum, & sensum aliarum constit. quas illa confirmat, & quod in alijs constitut. fermo est de pugna, que fit statuto loco, & tempore.*
7. Secundò quæritur, vtrum liciti sint confictus illi particulares, qui inter hostes solent fieri tempore belli, inter vnum scilicet, & vnum, decem & decem? Resp. maximè si publica auctoritate suscipiantur ob commune bonum, secus si causa ostentationis virium, & ob vanam gloriam, vel absque iusta causa. Vide Petrus à Nauarra *de restitut. lib. 2. c. 3. nu. 295. Et seq. Valer. Reginald. d. lib. 21. num. 79. Floron. de duello cap. 3. Pereg. in simili tract. quest. 2. ad fin. Sanch. d. lib. 2. cap. 39. num. 11. Sayr. d. cap. 13. num. 16. Bonacin. de censuris in communi disp. 2. quest. 6. punct. 2. nu. 3. Et de censuris extra Bullam disp. 2. quest. 3. puncto 48. num. 4.*
8. Tertio quæritur, an sub hoc decreto, & constitutionibus suprädictis comprehendantur illac transeuntes, & obiter aspicientes duellum? Negant Valer. Reginald. *d. lib. 21. num. 77. Vgolin. de officio Episcopi cap. 8. §. 2. num. 5.*
9. Quarto quæritur, an incidat in pœnas pugnantium in duello qui sese obuiam habentes dissidunt se in tali loco, quò statim tendunt, & ibi pugnant? Affirmant, cum addit assignatio loci, & temporis præsentis, nisi excusen-
- tur ignorantia, Sanch. *d. lib. 2. cap. 39. num. 28. Filliuc. tract. 29. cap. 8. num. 112. Bonacin. d. puncto 2. num. 6. Et d. punct. 48. num. 7. Contra Iacob. de Graff. in aureis decis. lib. 1. cap. 7. num. 22. existimantem hoc casu istos non videri incidere in pœnas pugnantium in duello.*
10. Quintò quæritur, an incurrant pœnas duelli, qui dicit alteri. Veni ad talem locum, te ibi expecto: aut sic loquitur, Eas. ad capiendum enfem, hic te expecto, vel in tali loco? Affirmant, quia pugna initur ex praua conuentione, statuto tempore, & loco. Pereg. *de duello quest. 15. num. 3. Bonacin. d. puncto 48. num. 7. vbi idem dicit de illo, qui alteri dicit, Inuito te ad duellum nunc in hoc loco, modo non fiat ex composito, & ex calore iracundię; idem quoque affirmat de eo, qui alium ad pugnam prouocat cum prima vice sibi occurrat in Vrbe.*
11. Sextò quæritur, an committat duellum, qui ad euitandam loci irruentiam, aut suum periculum, inimico, quem videt in Ecclesia esse, aut in loco sibi periculoso, vbi habet comitatum, vel famulos, dicit, Exi inde? Negant, quia non destinatur proprię locus, sed solum intenditur euitatio irreuerentię, Sanchez. *d. cap. 39. num. 28. Pereg. de duello quest. 18. Floron. eod. tract. cap. 1. Filliuc. tom. 1. tract. 15. num. 111.*
12. Septimò quæritur, vtrum Titius, qui præmissa cum Caio prouocatione ad duellum se contulit tempore præfixo ad locum constitutum, sed discessit duello non sequuto, incidat in excommunicationem, aliasque pœnas contra duellantes communinatas? Affirmant Vgolin. *d. §. 2. nu. 2. vers. quarto. Floron. de duello cap. 3. §. 1. nu. 14. fol. 47. Et cap. 5. §. 1. num. 3. fol. 63. Et cap. 6. §. 1. num. 2. fol. 84. Peregrin. eod. tract. quest. 4. num. 5. Et 7. in fine, Et quest. 41. per tot. Et præcipue num. 2. Et 4. Sed contrarium suffiunt, eorumq; fundamentis respondent Iacob. de Graf. *de casibus reservat. lib. 1. cap. 7. num. 10. Et 26. Paul. Comit. respons. moral. lib. 6. quest. 13. num. 5. vers. quartum. Et quest. 18. num. 7. Et 8. Sanchez. d. cap. 39. num. 27. Bonacin. dict. puncto 2. num. 16.**
13. Octauò quæritur, vtrum committatur duellum quando Titius offert duellum Caio, illumque eodem tempore, quo duellum offert, gladio aggreditur, & Caius cogitur ibi statim pugnare? Negant Pereg. *de duello quest. 23. Filliuc. d. tract. 15. num. 110. Et d. tract. 29. cap. 8. num. 107. Et 110. Bonacin. d. puncto 48. num. 8. Et 9. vbi reddunt rationem, quia ex parte Titij dicitur potius aggressio, & ex parte Caij dicitur defensio, quin non sponte, sed coactè suscipit, nec adest assignatio loci, & temporis.*
- Nonò quæritur, an quis in foro conscientie pœnam excommunicationis contra pugnantes in duello impostam effugiat, si alterum diffiderit, non animo pugnandi, sed tantummodo causa honoris defendendi? Affirmant contra Peregrinum *quest. 24. Lucas Floron. cap. 6. §. 2. Filliuc. d. tract. 15. cap. 5. quest. 5. num. 107. quia hæc non est diffidatio ex conductu cum periculo occisionis, aut vulneris, vel mutilationis, duellum enim sub censuris prohibetur ob periculum grauis lesionis, immo Filliuc. loco proxime citato num. 113. probabile censet in foro conscientie non affici excommunicatione, etiam si ad locum conuentum accedat absque animo verè pugnandi, sed tantummodo inferendi aliquos ictus cum morali securitate, quòd nullum vlli parti damnum sequuturum sit, sed potius pax inde concilianda; hæc enim non est pugna cum periculo lesionis, vt supponitur, quanquam in foro externo præsumatur duellum, foris enim externus iudicium fert ex actione externa, & internas animi cogitationes non intuetur.*
14. Decimò quæritur, an calore iracundię excusentur à pœnis duelli qui incontinenti accedent ad aliquem locum, ibique dimicarent? Affirmant Ioseph. Ludon. *Luceñsi decis. 11. Cened. ad Decretal. collect. 117. num. 4. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori ecclæs. decis. 634. in 1. edit. alijs resol. 573. in 2. edit.*
15. Vndecimò quæritur, vtrum duellum sit per se illicitum? Affirmant regulariter Valer. Reginald. *d. lib. 21. num. 80. Bernard. Grau. ad practicam Camera Imper. lib. 2. concl. 100. consil. 1. nisi in duobus casibus, quos adducunt Lucas Floron. cap. 5. §. 3. Pereg. quest. 16. Azor. institut. moral. part. 3.*

- part. 3. lib. 2. cap. 5. q. 3. Sanch. d. cap. 36. nu. 16. Filiuc. dist. tract. 15. cap. 5. q. 5. num. 109. Becan. in tract. de fide cap. 26. quæst. 3. Bonacin. de censuris extra Bullam Cœna disp. 2. q. 3. puncto 48. num. 18.
16. Primus est ad sedandos duos exercitus contrarios, veluti si existente bello iusto inter duos Principes, vnus illorum vellet bellum in duellum resolvere, prouocando alterum ad singulare certamen, prout Belarius in suis commentar. rerum Gallicarum anni 1528, fecisse refert Franciscum I. Regem Galie, misso libello duelli Carolo V. Imp. & Guicciardin. historia Italia lib. 13. idem refert de Francisco Maria Duce Urbini, vbi apostilla alios refert, Lyran. cap. 17. lib. 1. Regum. Caiet. 2. 2. q. 91. art. 8. in resp. ad 3. vers. quinta causa, Sayr. in clau Reg. lib. 7. cap. 13. num. 16. Sanch. d. cap. 39. num. 14. Filiuc. tract. 29. cap. 8. num. 142. Bonacin. de censuris extra Bullam Cœna disp. 2. quæst. 3. puncto 48. num. 18. vers. primus.
17. Secundus casus est quando aliquis compellitur sub vitæ periculo acceptare duellum, quilibet enim potest consulere vitæ propriæ etiam cum morte inuasoris. Ad defensionem etiam rerum propriarum videtur esse licitum acceptare duellum, quando aliquis eas inuadit, nec aliud adest remedium ad eas defendendas præter acceptationem duelli, tunc enim non dicitur propriè duellum, sed iusta defensio rerum propriarum. Ita post multos Bonacin. d. puncto 48. num. 18. vers. secundus. Trullench. in Decalogum lib. 5. cap. 2. dub. 13. num. 7. vbi intelligit dummodo nullum aliud remedium sit tuendi vitam, vel membri abscissionem, & limitat in bonorum defensione, Less. de Iustit. lib. 2. cap. 9. dub. 8. num. 47.
18. *Inter Christianos concesserunt.* Ergo fecus si inter infideles, vt per Martin. Deit. d. q. 4. num. 16. Sanchez d. cap. 39. num. 29. vbi fecus dicit si Christiano pugnaturo cum infideli in suo Regno locum concederet.
19. *β Incurrant.* Vide Valer. Reginald. d. lib. 22. num. 76. post princip. vbi aduertit non obstat quòd hoc decretum vtatur verbis imperatiui modi, quæ videri possunt significare non sententiam latam, sed ferendam per iudicem, quia ea non dirigitur ad iudicem vt censentur requirere illius actionem, sed ad reum, quem per imperiū efficac ligauit. Ita Trullench. d. lib. 5. c. 2. dubit. 13. n. 21.
- γ Careant Ecclesiastica sepultura.* Mortentes in duello solemniter, scilicet cum assignatione patris, loci, & temporis sepultura priuari, asserunt Martin. Carrill. en la explicacion de la Bulla de los defuntos, part. 2. cap. 4. num. 55. Valer. Reginald. d. lib. 22. num. 76. vers. accedit. Galet. in Margarita casuum conscient. verb. sepultura, vltim. Vgolin. de officio Episcopi cap. 17. num. 4. vers. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 410. vbi etiam resoluit quòd nec sufficit ostendere ante obitum signa penitentia. Suar. de censur. disp. 23. sect. vltim. num. 11. Lorca 2. 2. q. 41. art. 2. num. 6. Bobadil. in sua politica lib. 2. c. 14. num. 41. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 39. num. 22. Verùm Gregorius XIII. & Clemens VIII. in suis constitutionibus, de quibus supra id ad priuata duelli extenderunt, vt referunt Sanch. Valer. Reginald. & Lorca citatis locis, de Fide tract. de bello disp. 13. sect. vltim. num. 2. Ioan. Sanci. in select. disp. 36. num. 5. vbi aduertit in aliquibus prouincijs forte illas constitutiones dum decernunt mortentes in duello priuato contraria consuetudine quoad hunc effectum negandi sepulturam esse abrogatas. Et id locum habere etiam si ob vulnus in duello acceptum non statim, sed alio die moriatur, asserunt Sanci. in select. disp. at. 36. num. 9. Diana resol. moral. part. 2. tract. 2. miscel. resol. 54. Bonacin. de censuris extra Bullam, disp. 2. quæst. 3. puncto 48. num. 22. vbi addit Parochum non debere illos sepelire, nec Ecclesiasticam sepulturam denegare, si non sit notorium delictum, sed rem ad Episcopum, seu ad ipsius Vicarium deferre debere, de quo etiam Sanci. d. disp. 36. num. 12. & 13.

Ecclesiastica libertas, & immunitas obseruanda est, & contra violatores statuta est pœna, vt ibi.

C A P V T XX.

- 1 Exemptio à iudicio seculari, & ab oneribus & tributis impostis per Principes laicos lege etiam diuina clericis competit.
- 2 Debitorum fraudulentum ad Ecclesiam cum bonis confugientes, non debent ibi multo tempore tolerari.
- 3 Milites hospitari facere non potest Magistratus secularis in domibus Ecclesiasticarum personarum.
- 4 Delinquentes dum disputatur an immunitate Ecclesiastica gaudere debeant, per Ecclesiasticos ministros sub custodia retineri debent.
- 5 Clerici, qui post delicta patrata ad Ecclesiam confugiunt, gaudere debent Ecclesiastica immunitate.
- 6 Capellæ priuatorum palatiorum Ecclesiastica immunitate non gaudent.
- 7 Immunitate Ecclesiastica gaudet pro debito ciuili ad Ecclesiam confugiens.
- 8 Immunitate Ecclesiastica gaudent, qui cum armis prohibitis in Ecclesia se recipiunt.
- 9 Debitorum in creditorum præiudicium res & bona ad Ecclesiam transportare non debent.
- 10 Coloni, aut affictuarij, vel partuarij bonorum Ecclesiasticorum exemptione collectarum pro portione colonica gaudent.
- 11 Coloni partuarij Episcoporum durante colonia gaudent fori priuilegio.
- 12 Ordinarius priuare nõ potest immunitate à gabellis, & alijs oneribus laicalibus si inseruiat Ecclesijs.
- 13 Causa damnorum datorum per clericos & eorum animalia quando spectet ad Curiam Episcopalem.
- 14 Absolutio à censuris ob violentam immunitatem Ecclesiasticam est Sedi Apostol. reseruata.
- 15 Rex Hispaniarum est protector Concilij Trident.

Cvprens sancta Synodus Ecclesiasticam disciplinam in Christiano populo non solum restitui, sed etiam perpetuò sartam tectam à quibuscumque impedimentis conseruari, præterea, quæ de Ecclesiasticis personis constituit, seculares quoque Principes officij sui admonendos esse cõsult, confidens eos, vt Catholicos, quos Deus sanctæ fidei, Ecclesiæque protectores esse voluit, ius suum Ecclesiæ restitui, non tantum esse concessuros, sed etiam ^a subditos suos omnes ad debitam erga Clerum, Parochos, & superiores Ordines reuerentiam reuocaturus, nec permissuros, vt officiales, aut inferiores magistratus, Ecclesiæ & personarum Ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua violent, sed vnà cum ipsis Principibus debitam sacris summorum ^b Pontificum, & Conciliorum constitutionibus obseruantiam

^a Cap. Concil. 5. hinc 27. dist. cap. quis dubitet c. duo sunt. & c. fia. 96. distinct. ^b Pij secundus epist. 2.